

HIERONYMVS BVSOLIDIVS COLLEGII LINGVARVM APVD  
Louanienses fundator.



**H**ieronymus ex antiqua & nobili familia Buslidianorum apud Belgas natus & educatus est. Erat is felici indole conspicuus. itaque Louanij operam literis dedit, & mediocrem earum cognitionem adeptus fuit. Fuit insuper uitæ integritate & morum innocètia omnibus notus. hinc factum ut Arienſis præpositus eligeretur, atque in regum Hispaniæ (qui apud Belgas præerat) consilium ad optaretur. Habebat Hieronymus fratrem Franciscum Archiepiscopum Vesontinum, à quo etiam multis sacerdotijs & beneficijs ornabatur. Vnde cum multarum opum acceleratione diuissimus esset, omnia sua bona ad literarum studia conuertit, atq; Erasmi Roterodami consilio, cuius familiaritate utebatur, Louanij trium linguarum, Græcæ, Latinæ, & Hebraicæ magnificum Collegium instituit, & earum professoribus liberalia stipendia ordinavit. Itaque Hieronymus sua liberalitate effecit, ut doctissima ingenia apud Belgas excitarentur. Vnde etiam omnes, quibus bonæ literæ cordi sunt, hunc unicum studiorum patronum, pro sua quisque portione, sint immortalitati commendaturi. Cum hoc modo bonis literis promouendis operam dedisset, anno post reparatam salutem citer millesimum quingentesimum decimum octauum obiit, & honorifice sepultus fuit. Huic Erasmus Græcum & Latinum Epitaphium composuit, quod sub hinc placuit,